

CAPITULUM PRIMUM

1. In principio creavit Deus caelum et terram.
2. Terra autem erat inanis et vacua, et tenebrae erant super faciem abyssi et Spiritus Dei ferebatur super aquas.
3. Dixitque Deus Fiat lux. Et facta est lux.
4. Et vidit Deus lucem quod esset bona : et divisit lucem a tenebris.
5. Appellavitque lucem Diem, et tenebras Noctem factumque est vespere et mane, dies unus.
6. Dixitque quoque Deus Fiat firmamentum in medio aquarum, et dividat aquas ab aquis.
7. Et fecit Deus firmamentum, divisitque aquas quae erant sub firmamento ab his quae erant super firmamentum. Et factum est ita.
8. *Et Dieu appela le firmament "Ciel"; il y eut un soir et un matin; ce fut le second jour.*
9. Dixit vero Deus Congregentur aquae, quae sub caelo sunt, in locum unum ; et appareat arida. Et factum est ita.
10. Et vocavit Deus aridam Terram ; congregationesque aquarum appellavit Maria. Et vidit Deus quod esset bonum.
11. Et ait: Germinet terra herbam virentem et facientem semen, et lignum pomiferum faciens fructum juxta genus suum, cujus semen in semetipso sit super terram. Et factum est ita.
12. Et protulit terra herbam virentem, et facientem semen juxta genus suum, lignumque faciens fructum, et habens unumquodque sementem secundum speciem suam. Et vidit Deus quod esset bonum.
13. Et factum est vespere et mane, dies tertius.
14. Dixit autem Deus : Fiant luminaria in firmamento caeli, et dividant diem ac noctem, et sint in signa et tempora, et dies et annos.

Questions sur la Genèse I, 1:

- 1) Faites la liste des différentes étapes de la création du monde en latin.
- 2) Quel est le rôle des formules répétées? Traduisez-les.
- 3) Quel est le rôle des majuscules attribuées à certains noms à l'intérieur des phrases?
- 4) Repérez les verbes au subjonctif présent; quel est leur sens et leur valeur?
- 5) Par groupe de 2, choisissez un verset que vous traduirez:
- 6) Le verset 8 vous est donné en français; en utilisant le vocabulaire déjà vu et en imitant la structure des versets précédents, traduisez-le en latin! (cela s'appelle du *thème*.)